D. ANTONII MASSÆ GALLOSII, I. C. ROMANI; ET D. IOANNIS CAROSII, I. C. & ſenatoris Toloſani

DE

EXERCITATIONE IVRISPERITORUM, ſeu de Iuris arte libellus;

QVO INSTITVVNTVR IVRISPERITI Practici, Theorici, & ſtudioſi, vniuerſum Ius populi Romani, diſperſum antea, diuulſum & diſſipatum, in artis rationem formamq; reducere.

CVM INDICE RERVM NVNC primum prodit.

FRANCOFVRTI,

Ex Officina Matthæi Beckeri, impenſis Iohannis Theobaldi Schönvvetteri.

M. DC.

Coll. Soc. Jesu Salm. ex dono Regio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

3

EPITOME LIBRORVM SINGVLORVM

LIBRI PRIMI.

EXercitationis quanta vis ſit in omnibus artibus: & quæ neceſſaria ſint ad faciendum peritum artificem: & de duplici exercitationis officio, & varijs modis exercendi. Omnium iuriſperitorum exercitationi accommodatum inſtrumentum eſſe rerum & cauſarum comparationem: materiam verò eſſe eiuſdem & diuerſi: ac ſimilis & diſsimilis cognitionem. Quot modis dicantur & ſint idem, & diuerſum: ſimile & diſsimile. Legis cauſa, mens ſiue ſententia, ratio, vis, & poteſtas, quid ſint, & quid inter ſe differant Regulæ Iuris, qua ratione conſtituantur: & quod ſit regulæ Iuris officium, finis, & vtilitas: & an aliquo pacto regulæ exceptionem patiantur:

QVANTI momenti exercitatio
1 ſit, atq; experientia* in omnibus
artibus, cum luculentiſſimè ex-
preſſerit Aulus Gellius: eius ver-
ba tanquã pro foribus in initio
Libri huius, quem de exercita-
tione Iuriſperitorum ſcribere aggredior, collocan-
da eſſe duxi. Is enim Atticarum noctium *lib. 13. cap.
5.* inquit: Maximè hoc atq; veriſſimè Afranius Poë-
Sapientia. ta de gignenda, comparandaq; ſapientia opinatus
eſt, quòd eam filiam eſſe vſus & memoriæ dixit. eo
2 namq; argumento demonſtrat, qui ſapiens * eſſe
rerum humanarum velit, non libris ſolis, neq; di-
ſciplinis, ſed oportere cũ verſari quoq;, exerceriq;
in rebus comminus noſcendis periclitandisq́;. ea-
que omnia acta & euenta firmiter meminiſſe, &
proinde ſapere ex his, quæ pericula ipſa rerum do-
cuerunt, non quæ libri tantum, aut magiſtri per
quaſdam inanitates verborum, & imaginum tan-
quam in mimo, aut inſomnio delectauerint. ha-
ctenus Gellius.

3 Et cum tria neceſſaria * ſint ad faciendum vni-
uſcuiuſq; artis peritum artificem. Ingenium, Ra-
4 tio artis, & exercitatio. Ciuilisq́;* facultatis ea pars
quæ conſiſtit in conſideratione legum, & eſt par-
tim ipſarum legum poſitiua, partim iudicialis, nõ
infimum inter alias artes obtineat locum, ſed in
5 primis exiſtat. De legum * poſitione quid mihi di-
cendum occurrerit, apparebit ex ijs libris, qui ſcri-
De Princi- pti ſunt de Principijs legum, cuius etiam argu-
pijs legum. menti ſpecimen quoddam apparet in libello de
6 Iudicijs bonæ fidei. Iudicialis autem * cum (ſicuti
De Iudicijs aliarum artium peritia) comparetur natura, do-
bonæ fidei. ctrina, & vſu. Quantum attinet ad doctrinam, ra-
tionemq́; artis noſtri (Romani inquam) iuris ſiue
Ciuilis, ſiue Pontificij, quod Canonicum appella-
tur,

IOANNIS CORASII, CLARISSIMI IVRISCONSVLTI, REGIIQVE SENATORIS TOLOSÆ, vita: per Antonium Vſilium, præſidialis Curiæ conſiliarium, & in ſchola Monſpelienſi iuris ciuilis profeſſorem, edita 1559.

IOANNES *Coraſius Iuriſconſultus, patre Ioanne, & matre Catherina Termia, Realmontij Albienſium oppidulo natus, Toloſæ verò educatus, & inſtitutus, in cunis adhuc ferè iacens, ad ciuilem diſciplinam accingitur. Cuius fundamenta, quantum licuit per ætatem, Toloſæ iecit, tantaq́; paulatim acceſſio facta, vt tertium decimum vix natus annum, in iure ciuili interpretando, de loco ſuperiore, ingenium exercuerit: inde Andegauum ſe contulit: vbi ei penè puero, erogatis de publico ſtipendijs, diligentem in eo prælegendi munere, pro tenera ætate nauauit operam: Illinc Aureliam, mox deinde Lutetiam Pariſiorum, conuolauit, ac vbiq; iura cum ciuilia, tum Pontificia, publicè profeſſus eſt. Demũ diutur-*

IOANNIS CORASII IVRISCONSVLTI, REGIIque Senatoris Toloſæ, de Iuris arte liber, quatuor partibus concluſus.

De Iure ciuili, in artem redigendo.

CAPVT I.

IVs vniuerſum populi Romani, in artis rationem, formamq; redacturi, (quod ſe aliquando cogitaſſe M. Cicero, *1. de orator.* in L. Craſſi *perſona ſcripſit:*) magnam profectò, & arduam rem molimur: dignam tamen, in qua elaboremus, vt hac fortaſſe via, Iuris ſtudioſis meliùs cōſulatur, qui vel opinionum multitudine exterriti, vel præceptorum difficultate conſternati, à iuriſprudentia, omnium artium maxima, ac veluti regina, vel à limine nonnunquam facilè deterrentur, aut in ea conſtantes, parum promouent, immenſorum multipliciumque commentariorum, euolutione onerati, quorum hodie magno noſtro malo, tanta eſt copia, vt eorum duntaxat nomenclaturam facere penè ſit infinitum. Inſtitutum meum ſcio, in deteriorem partem rapient inepti quidam, & leuiſſimi homines, nec literarum, nec nandi periti: qui ex ſuo ingenio alios dijudicantes, id nulla ratione fieri poſſe putant, adeoque impudenter contendunt. Sed fremant omnes licet, à cœpto curſu non reuocabor ego. Fuerunt quondam omnia (vt M. Cicero *1. de orator.* ſcribit) diuulſa, diſperſa, & diſſipata, quæ nunc artibus concluſa ſunt, in Mu-

FRANCOFVRTI,

EX OFFICINA MATTHÆI BECKERI, IMPENSIS IOHANNIS Theobaldi Schönvvetteri.

ANNO

M DC.